



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Edit Opus de S. Ioa[n]ne Baptista.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

lana victitat. Alij spectent emolumenta temporalia, & amplos quærant honores: ego futurum cito iudicium, & reddendam acceptæ villicationis rationem, & paratas pœnas malo dispensatori considero, simulq; timeo vehementer. Dominus Iesus aperiat oculos nobis, vt debitam Pastoralis, & Episcopalis officij rationem intelligamus, nosque diligentius ad spiritualia restituenda, & promouenda accomodemus. Hæc fidelis monitor adeo grauitè, ac seuerè, non sane, quod iustæ Cardinali causæ deessent vrbanae commorationis (quis enim alioqui illo amâtiore gregis Pastor?) Sed quia vbi res agitur animarum, vel leuissima negligentiæ species valde sapientibus formidatur.

In sequentis anni primo vere edita est suscepti operis prima Pars Dilingæ, tanta cura, ac sollicitudine intelligentis eius, exquisitiq; iudicij, vt à frequenti lima, & expolitione ne tum quidem absistens, cum sub prælo res essent, typographicas operas haud modice fatigarit. Nec iniucundè opinor, cognoscent qui præsertim studia versant sapientiæ, quid in hoc opere moliendo sequutus sit autor, quantumq; aliorum iudiciis tribuendum sit, qui digna luce, & approbatione Doctorum e-

m 2

dere

1571.

*Edit opus de  
S. Io. Baptistæ.*

dere inducat animum. Ea luculenter edocebit e-  
pistola, quam vna cum volumine ipso Canisius  
ad Præpositū Borgiam misit his ad literam verbis.

Pax Christi nobis æterna, Admo-  
dum Reuerende Pater.

*Quod consiliū  
in hoc opere &  
quam viam se-  
quutus sit.*

**E***N* primitias operis mei, quas tarde quidem,  
sed utinam mature satis edam: adeo nihil satis  
elaboratum contra istiusmodi sectarios hoc tempo-  
re, & in tali argumento conscribi, & edi posse arbi-  
tror. Ac primum quidē à Paternitate tua supplex  
veniam peto, quod fortasse præter mentem, & scopū  
illorum, qui operis huius conficiendi autores mihi  
fuerunt, laborem mihi auxerim, fusiūsq; tractarim  
propositum argumentum. Nec enim satis habui  
cum solis Centuriatoribus dimicare, sed & complu-  
res alios præcipuos quidem huius ætatis sectarios in  
medium quoque pertraxi; & per occasionem impu-  
gnandos putavi: vere ut hoc opus de corruptelis  
Verbi Dei inscriberetur. Deinde res ipsa monebat,  
alios non præteriri, quorum sententias, errores, &  
verba Centuriatores emulantur: ne alioquin illi  
frustra incusarentur in his, quæ cum aliis commu-  
niter